



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

301. An Regulares possint dispensare cum sæcularibus & Clericis in omnibus irregularitatibus ab ipsis contractis, in quibus potest Episcopus dispensare? Et pro praxi hucus quæstionis octo diversi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Et ad confirmationem supradictorum, ne deferas etiam recognoscere Balfium in Flor. Theolog. ver. Casus reservatus, §. 7. num. 29. & ver. Hæresis num. 18. Villalobos tom. 1. tract. 9. Aulam de Censur. par. 3. disp. 6. dub. 2. Bordonum in Consil. Regul. tom. 1. resol. 6. n. 10. & 24. & alios penes ipsos.

7. Nota etiam hic obiter cum Fragoso, ubi supra, quod absolutio, seu dispensatio super has Irregularitates dari potest extra Confessionem; quia Censuræ possunt tolli à Confessariis habentibus ad id potestatem peccatis non auditis, extra Confessionem; quamvis in Bullis, seu privilegiis dicatur, quod peccatis absolventur, audita prius diligenter Confessione: nam nihilominus Censuræ possunt auferri extra illam antequam fiat Confessio. Nec obstat quod clausula, audita prius confessione, debeat referri ad omnia supra dicta, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, nam hoc est verum, quando omnium eadem est ratio: at hic non est eadem ratio, quia absolutio à peccatis obligat ad confessionem faciendam; secus verò de dispensatione, seu ablatione irregularitatis, & de commutatione votorum, seu de abolutione à Censuris: tum quia absolutio à Censuris communitè impenditur extra confessionem. Auditus igitur peccatis, absolutio impenditur Sacramentalis: Censuræ autem extra confessionem absoluuntur. Tum denique hoc constat: cum multoties possit casus contingere, in quo expediat absolvi à Censuris ante confessionem, nimirum si adsit dies festus, & excommunicatus non possit statim confiteri: vel quia non est paratus, vel quia confessio per aliquot dies debet durare: in quo euentu potest absolvi etiam à Censuris. Sed hæc alibi latius declarauit.

RESOL. CCCI.

An Regulares possint dispensare cum secularibus, & Clericis in omnibus irregularitatibus ab ipsis contractis in quibus Episcopus possit dispensare?

Et pro praxi huius questionis octo diversi casus cursum in textu huius Resolutionis adducuntur. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 3.

§. 1. Pvlchra questio, & ad illam negatiuè respondet Angelus Possentius in recollectione questionum moralium verb. Irreg. c. 7. n. 16. ubi sic ait: In omni irregularitate, in qua Episcopus dispensare valet; etià Regulares valent confessarij, intellige quoad Fratres, idè tenet Petrus Bellonus verb. Irregularitas n. 12. 1. Verùm alij affirmatiuè respondent, vt Rodriguez, & Ioannes de la Cruz, quos citat & sequitur Ludouic. Caspensis in cur. Theol. tom. 2. tr. 25. disp. 5. sect. 17. n. 120. & Balfæus verb. irreg. n. 10. Pellizzarius in man. reg. 1. 2. tr. 8. c. 3. n. 90. & contra aliquos Priuilegium coactantes, Martinus de San Ioseph in reg. D. Francisci in declar. breuium verbo dispensare fol. 575. ubi sic ait, Parece que los Autores que han hecho mencion deste privilegio se han conuado para cercenarle, y aun destruyrle, porque Corduba super compend. ver. absolutio quoad seculares, annotatione ad 320. Dize que los Minimos no usan del para dispensar irregularidades de seculares, y que se lo dixo vn Provincial de los Minimos y esto no obsta para que aunque sea assi, las demas Religiones por participacion no puedan usar del, pues en los privilegios se comunica el derecho de usar, y no el uso ò no uso de la Religion à quien se concedio, vt bene Frater Ioannes de la Cruz in epitom. priuil. fol. mibi 163. y es doctrina llana; Henriquez 1. 1. 7. de indulgent. cap. 282 §. 5. dize que los Minimos usan deste privilegio para las irregularidades de los seculares, & Ecclesiasticas personas.

mente dispensa el Prelado de los Minimos; Meos tiene fuerza esta razon, porque si es privilegio absoluto, no se deve restringir à los Prelados, ni se aene distinguir donde el derecho no distingue, cap. solite de maioriore, & obedientia, 1. de pretio ff. de publica in rem actio. y el Padre, Vega de la Orden de los Minimos in summ. verb. absolutio cas. 44. §. 1. dize que lo dicho afirma que Sixto IV. concedio à los suyos este privilegio para dispensar con los seculares en las irregularidades, y no restringe à los Prelados, y lo dixera si fuera assi; Portel. 1. par. resp. mor. cas. 3. numer. 2. dize que el privilegio se concedio no solo à los Prelados, sino à los Confessores Religiosos Minimos, peroque no aconsejara se use del; porque nunca; oyo decir que Religioso alguno aya usado de tal privilegio para irregularidades, pareceme es escrupulosa la cautela de Portel, pues el uso de semejantes privilegios siempre es muy secreto, y en el Sacramento de la Penitencia, y quando sea assi, que no se aya usado del, no se ha perdido por esso; pues Sixto V. en el año de 1587. confirmò nuestros privilegios, esten ò no esten en uso, y Paulo V. en el año de 1609. los confirmò tambien absolutamente sin hazer excepcion de los que no estauan en uso, con que todos quedaron confirmados, assi los concedidos inmediatamente à nuestra Religion, como los que se auian hecho nuestros por participacion de otras Religiones.

3. No pretendo dar mas fuerza al privilegio de Sixto IV. de la que el se tiene, porque no le he visto autentico; però he me alargado en este para que viendo mis razones los hombres doctos, las den autoridad, si le les deue dar.] Huicvlque Martinus de San Ioseph.

4. Et hanc sententiam sine supradictis limitationibus impugnat, tenent Doctores à me superius adducti, quibus adde ex Prædicatorum familia Magistrum Hinojosa in Directorio Decisionum Regularium verbo dispensatio in seculares fol. 18. ubi docet, quod dispensare possunt Fratres confessores, cum secularibus in quacumque irregularitate, super quas ordinarius dispensare potest: concessit Sixtus IV. & Iulius II. Ita ille.

5. Et tandem non deferam hic apponere verba Portel in resp. cap. 1. cas. 3. numer. 1. & 2. sic asserentis, Ego pro remedio istius; vel similis impediti dixi, quod si Episcopus in hoc casu possit dispensare via ordinaria, nos etiam possemus per priuilegia: nam Sixtus IV. concessit Patribus Minimis, vt possent audire confessiones secularium; eosque absolueret ab omnibus censuris, & cum illis dispensare in omnibus irregularitatibus, referuatis ordinario; habetur in compendio mendicantium ver. absolutio quoad seculares 2. §. 20. Circa quam concessionem, licet Corduba annot. ad compend. in dicto §. 20. dicat Patres Minimos non vti ista concessionem quoad dispensationem vllius irregularitatis cum secularibus, & ita se audiuisse à quodam Provinciali Ordinis Minimorum. Ad quod ego dico, quod ille Provincialis fortè non erat tam doctus, ac fuit Vega Pater Minimus, ac doctissimus, qui in summ. verb. absolutio casu. 43. dize que lo dicho, refert idem priuilegium Sixti IV. illis concessum ad dispensandum cum secularibus in irregularitatibus modo supradicto, & non dicit in sua Religione abstinere à tali dispensatione, quod debuit dicere si ita esset. Præterea Rodriguez 1. 1. question. 61. art. 3. referens idem priuilegium ait. Iulium Secundum declarasse, & extendisse idem priuilegium Sixti IV. datum Minimis, vt intelligeretur eos id posse etiam circa seculares, & Ecclesiasticas personas.

6. Tertio; Henriquez t. 1. l. 7. de Indulgentiis, c. 28. §. 5. ait, Patres Minimos Romæ uti illo privilegio Sixti IV. quoad sæculares, etiam dispensando in irregularitate modo supradicto, quamvis autem ibi Henriquez dicat solum Prælatos Minimorum sic dispensare, ego video, quod verba privilegij id non specificant de solis Prælati, sed concedunt illud Patribus Minimis. Vult hæc semel sibi ponere, ut definat quis mirari, si dicentem me audiat, posse Regulares aliquando dispensare cum Clericis, vel sæcularibus in aliqua irregularitate: datur enim tam clarum privilegium, & affirmatur a tribus Doctoribus supradictis gravibus, & recentioribus. Et nihilominus his non obstantibus, ego non consulo, ut Regulares hodie virtute illius privilegij dispensent cum sæcularibus in aliqua irregularitate, quia video non esse in usu apud Religiosos, nec de tali usu unquam audivi, Hucusque Portel.

7. Qui licet, ut vidisti, asserat, quod cum dictum privilegium non videatur esse in usu apud Patres Minimos, eiusque usus non levem parere possit offensionem in ordinariis, consultum est, ut etiam Regulares aliorum ordinum eo gaudentes per viam communicationis ab illo abstineant, quod, & ego suadeo, non tamen præcisè ex eo, quod præfatum privilegium non sit in usu apud Patres Minimos, quibus primo & per se concessum est: si quidem non repugnat privilegium non esse in usu apud eos, cui per se primo concessum est, & tamen eo uti posse, qui per viam communicationis de illo participant.

8. Dicendum est igitur, quod in communicatione privilegiorum communicatur solum ius utendi, non autem usus, & non usus; ideoque privilegia concessa alicui certo ordini, & postea communicata aliis ordinibus, ex æquo modo supradicto non tolli respectu horum, nisi legitime præscribantur idque etiam ordo, cui primo concessa sunt dicta privilegia, usum illorum amiserit, aut etiam contra ipsum quoad ea fuerit legitime præscriptum, Ita Rodriguez t. 1. q. 55. a. 19. ex Panorm. in c. cum accessissent, de constit. & Silvestr. P. primil. §. 11. quos sequitur Suar. sup. cap. 16. numer. 17. & probant, quia posterior concessio privilegiorum non pendet à priori, ac proinde inter tales concessiones datur tantum antecessio temporis. & sic mutatio facta in vno non potest nocere alteri, cum quoad hoc non sit facta communicatio; ut patet.

9. Itaque ex mente supradictorum Auctorum possunt hodie confessarij Regulares dispensare super quacunquè irregularitate, etiam cum sæcularibus, in quibus potest Episcopus, & præsertim vigore Concilij Tridentini sess. 24 c. 6. de reform.

10. Vnde ex his posset aliquis inferre, posse confessarios Regulares dispensare in irregularitate veræ bigamiae quoad ordines minores, & simplex beneficium, quia aliqui Doctores asserunt Episcopum posse in hoc casu dispensare, contra quos ego sentii in

Quæ hic est par. 4. tr. 2. ref. 62.

11. Secundò, possent etiam dispensare super irregularitate occulta ex defectu natalium, quia secundum aliquos talis irregularitas est dispensabilis ab Episcopo, contra quos ego, ubi sup. ref. 64.

12. Tertio possent dispensare in irregularitate ex defectu lenitatis; nam non desunt Doctores concedentes hoc Episcopis; contra quos ego ref. 69.

13. Quarto possent dispensare in irregularitate contracta ex mutilatione alicuius membri, cum id possit Episcopus facere secundum aliquos contra quos ego in ref. 71.

12. Quintò possent dispensare super aliqua irregularitate si delictum fuit deductum ad forum contentiosum, etiam iudicio finito punitum, hoc n. facere

posse Episcopum tradunt plures Auct. penes me ipsum ref. 97.

15. Sextò, possent dispensare in irregularitate occulta hæreticis, per ea quæ ego dixi in p. 7. tr. 2. ref. 23.

16. Septimò, possent dispensare in irregularitate contracta in bello iusto; nam hoc secundum aliquos Episcopum conceditur, ut patet apud me ipsum ubi sup. ref. 27.

17. Octavò, possent dispensare in irregularitate contracta ex homicidio casuali etiam publico, & homicidio voluntario ex repentina rixa orto, & exitu in sui defensionem facto, per ea, quæ dixi sup. ref. 29. §. 1. 2.

18. Et ita videtur dicendum in aliis casibus, in quibus Episcopis licitum est super irregularitates cum sæcularibus dispensare; Nam in his posse confessarios Regulares etiam dispensare vigore privilegij Sixti IV. & Iulij II. tradiderunt Doctores superius adducti.

19. Vnde si hæc opinio esset admittenda, magnam auctoritatem haberent confessarij Regulares, & penitentes in multis casibus circa incursum irregularitatum essent immunes petendi dispensationem à Pontifice, vel ab Episcopis.

20. Sed his minimè obstantibus ego nolo esse Auctor huius opinionis; Immo contrariam expressè & absolutè teneo. Assuetanter itaque Regularibus dico ne omnimò tali privilegio utantur, nam opinionem affirmatiivam minimè admittendam esse puto.

RESOL. CCCII.

An Regularis interrogatus à visitatoribus de observantia Regulari teneatur sub mortali respondere?

Et deducitur, quod Prælatus in visitationibus tenetur sub mortali culpa interrogare de observantia caeremoniarum, & constitutionum.

Et an mendacium in iudicio tam exteriori quam infire correns sit peccatum mortale, etiam circa illa, quæ reus nõ tenetur. Ex p. 10. tr. 1. & Misc. 5. Ref. 32.

§. 1. **R** Espondet affirmatiuè Texeda in Titul. mor. tom. 1. lib. 1. tr. 3. contr. 9. dub. 1. n. 17. fol. 176. ubi sic ait Obicitur secundo, quia sequitur ex hac doctrina Religiosum interrogatum à Prælo Conventum visitante, & interrogante de observantia constitutionum non peccare mortaliter, si non respondeat veritatem. Probat sequela, quia mentitur in re leui, qualis est caeremoniarum observantia; sed respondeo negando sequelam, quia quoties Prælatus, seu Iudex tenetur sub mortali culpa interrogare, etiam si res de qua interrogat, sit parvi momenti, tenetur Reus sub mortali culpa respondere veritatem. Prælatus autem in visitationibus tenetur sub mortali culpa interrogare de observantia caeremoniarum, & constitutionum, vnde etiam Religiosum omittit Religionis caeremonias, non sit mortali culpa, ab ipso contemptu ut diximus. Respondere autem Visitanti interroganti de caeremoniarum observantia, & non respondere veritatem mortali culpa est, quia caeremoniarum & constitutionum observantia maxime spectat ad promotionem boni communis, quare bene fiat quod Religiosus non peccet mortaliter non seruando aliquas Religionis constitutiones, & caeremonias, si ab ipso contemptus, & quod nihilominus Prælatus non faciens ea seruare peccet mortaliter, quia ad illum spectat boni communis promotio, & ad bonum commune observantia caeremoniarum, & constitutionum Religionis necessaria est & ideo, quamvis Religionis caeremoniarum, & constitutiones, si secundum se peccentur videantur non esse materia adeo gravis, in ordine ca-